

210

*Acta Apostolicae Sedis — Commentarium Officiale*

## ACTA OFFICIORUM

## PONTIFICIA COMMISSIO

## AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

## RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Em̄i Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

## I — DE CESSIONE BONORUM A RELIGIOSO MUTANDA

D. An requiratur venia S. Sedis ut professus, ad normam canonis 580 § 2, cessionem vel dispositionem saltem de notabili bonorum parte in favorem religionis mutare possit.

R. Affirmative.

## II — DE TEMPORE SACRAE ORDINATIONIS

D. An sub verbis *festis de praecepto*, de quibus in canone 1006 § 3, veniant etiam festa per Codicem in universa Ecclesia suppressa.

R. Negative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 15 mensis Maii anno 1936.

I. Card. SERAFINI, *Praeses*.

L. ☩ S.

I. Bruno, *Secretarius*.